UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae Pantheae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

XXIII. Ad Bonam Valetudinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

Visual Library

Corrumpunt, vitiantque, quod vtile, quodque ſ
Sic quiſquis eſſe ſanus (lubre eſt
Poſtulat: is caueat ſemper cupes eſſe: malignus
Mage, quàm ſibi benignus.

XXI.

Ad Paulum Heſſum Med.

Potus, & eſca boni ſunt pabula corporis: atque
Pabula ſunt eadem corporis, HESSE, mali.
Cur ita? nam vitijs ſimul hæc alimenta miniſtrant
Corporis: & membris dant alimenta ſuis.
Potus, & eſca juuant, ſi ſunt moderata: maligni
Ne patiare famem, neu patiare ſitim.
Potus, & eſca nocent velut immoderata, maligni
Si patiare famem, vel patiare ſitim:
Aut ſi, PAVLE, bibas, vel edas, moderamine
(nulli
Ante famem, ſucci plenus, & ante ſitim.

XXII.

Ad Petrum Monauium Medicum Cæſ.

Qui valet, hic diues ſatis eſt: nec copia quicquam
Regalis maius, PETRE, quod addat, habet.

XXIII.

Ad Bonam Valetudinem.

Sancte VALETVDO, vitæ theſaure: iuuentus
Cui comes eſt: ſertum hoc Diua benigna cape.

Caſta Iouis menſam verrit verbena: domuſque
Luſtrat: & innumeris fit medicina malis.
Sic te verbenæ ſertum decet: accipe quæſo,
Si libet: & morbos Diua repelle procul.
Diua faue: nec quæ ſibi morbus ſæpe fit ipſa:
Sit duplex morbus, longa ſenecta mihi.
Morte mori melius, quàm mortis ducere vitam:
Et membris animum ſic ſepelire ſuis.

XXIV.

E Græco.

Læta juuenta vale ſimul, & tu mæſta ſenecta:
Cur? ruit hæc ſubitò: ſed fugit illa citò.

XXV.

Ad Paulum Meliſſum
EQ. & Com. Pal.

Merx ætas mala: nam ſecum mala plurima portat.
Cur tamen emptores merx habet illa ſuos?
Quiſque ſenex optat fieri: moriturque libenter
Nemo: ſit vt lux hæc cara cuique Dei.
Eſto, PAVLE. diu ſed viuitur, vt benè forſan
Viuitur: & mors eſt ſic quoque flenda minùs.
Qui ſe victurum ſemper putat, is malè viuit:
Nam vita fruitur tardiùs ipſe ſua.

XXVI.

Ad Abrahamum Mannam
S. Th. Antiſt.

E. Menan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN